



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Chronicon Cisterciensis Ordinis**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

65. Vt Victvs Aeqvaliter omnibus distribuatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11259**

digna misericorditer suscipiatur, si Magistro & fratribus bonum videtur. Si vero interim obierit, pro labore & fatigatione, quasi vni ex fratribus, totum beneficium & fraternitas pauperum & commilitonum Christi ei impendatur.

**UT VICTVS AEQUALITER**  
*omnibus distribuatur.*

65.

Illud quoque congrue & rationabiliter manutenendum censemus, ut omnibus fratribus remanentibus victus secundum loci facultatem æqualiter tribuatur. non enim est utilis personarum acceptio, sed infirmatum necessaria est consideratio.

**UT MILITES TEMPLI DECI-**  
*mas habeant.*

66.

Credimus namque relictis affluentibus diutijs vos spontaneæ paupertati esse subiectos, unde decimas vobis communi vita viuentibus iustè habere hoc modo demonstrauimus: Si Episcopus Ecclesiæ, cui decima iure debetur, vobis charitatiè eā dare voluerit, assésu cōmunis Capituli de illis decimis, quas tunc Ecclesia possidere videtur, vobis tribuere debet. Si autem laicus quilibet adhuc illam vel ex patrimonio suo damnabiliter amplectitur, & se ipsum in hoc valde redarguens, vobis eandem reliquerit, ad nutum